

Johann Philipp Stahl

**Officium Gratans Academica Sceptra Roseti Viro ... Domino Johanni Petro  
Grünenbergio, S. S. Theologiæ Et Philosophiæ Doctori, Illiusqve In Illustri Ad  
Varnum Academia, Professori Publico Et Ordinario Celeberrimo, Consistorii  
Ducalis Assessori, Nec Non Districtus Meklenburgensis Superintendenti ... Tenui  
Hac Camoena Absens Exhibet**

Sverini: Imprimebat Hartwig Lübke, [1700]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1809704030>

Druck Freier  Zugang











66 Stücke

IMKlb Gen

2/2 -4°





Inhaltsverzeichnis der Leichenprogramme  
in alphabetischer Ordnung der gefeierten  
Person mit Sterbejahr.

1. Arnd, Karl. 1721.
2. Bademüller, Johannes. 1723.
3. Baltzer, Jakob. 1706.
4. Becker, Heinrich. 1720.
5. Bergk, Catharina v., geb. v. Hecken. 1712.
6. Steinkopf, Margaretha, geb. Christian. 1719.
7. 8. Crohn [Krohn], Johann Adolph. 1750.
9. Darjes, Joachim. 1740.
10. Duve, Joh. Abraham. 1728.
11. Fabricius, Jakob. 1653.
12. Festing, Johannes. 1685.
13. Willebrand, Catharina Christine, geb. Fischer. 1742.
14. Eggerdes, Catharine Marg., geb. Gerdes. 1714.
15. Graumann, Christian Daniel. 1764.
16. Tielcke, Cath. Dorothea, geb. Giesen. 1719.
17. Glück, Friedrich Gottfried. 1707.
- 18-22. Grünenberg, Johann Peter. 1700.
23. Haberkorn, Joh. Balthasar. 1707.
24. 25. Hahn, Julius Ernst. 1751.
26. Henning, Anna Christina, verh. Redeker. 1718.
27. Hildebrand, Christian. 1712.
28. Knesebeck, Heinrich. 1719.
29. Lembke, Agneta, geb. Hinze. 1749.
30. Lesch, Daniel. 1707.
31. Lindemann, Eva, verh. Dugge. 1719.
32. Lindenbergh, Kaspar. 1713.
33. Lüders, Marcus. 1738.
34. Mohr, Heinrich. 1729.
35. Schmidt, Helene Catharina, geb. Petersen. 1756.
36. Radow, Georg. 1699.
37. Müller, Christian. 1740.
38. Niehenck, Georg Vitus Heinrich. 1795.
39. Palthen, Samuel von. 1750.
40. Rhades, Georg Michael. 1758.




41. Rhon, Christoph Gottlieb. 1724.  
42. Schelhamer, Henrica Maria, verh. Burchard. 1720.  
43. Sandow, David. 1752.  
44. *Brasse* (Saß), (Charlotte Wilhelmine, geb. Thymne). 1787.  
45. Schlaff, Agneta, geb. Lembke. 1748.  
46. Vorast, Margareta Sophia, geb. Schleeff. 1758.  
47. Schmidt, Jonas. 1745.  
48.49. Starck, Samuel Christfried. 1769.  
50. Gens Schuckmannia. 1706.  
51-55. Schwartzkopff, Kaspar. 1691.  
56. Senst, Johannes. 1723.  
57. Sibeth, Nikolaus. 1721.  
58. - , Catharina Elisabeth, geb. Siebrandt. 1719.  
59. Sibrand, Catharina, verh. Radow. 1720.  
60. Stever, Christian Michael. 1722.  
61. Tielke, Joh. Joachim. 1724.  
62. Vandewil, Alexandre de. 1684.  
63. Stockmann, Anna Margäreta, geb. Varenius. 1715.  
64. Walther, Matthias Gustav. 1768.  
65. Weidener, Johann Joachim. 1732.  
66. Wolfrant, Dietrich. 1698.

Ko











OFFICIUM GRATANS ACADEMICA  
SCEPTRA ROSETI

V I R O

MAGNIFICO, SUMME REVERENDO,  
AMPLISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO,

DOMINO

JOHANNI  
PETRO GRÜNEN-  
BERGIO,

S.S. THEOLOGICÆ ET PHILOSOPHIÆ DOCTORI,  
ILLIUSQVE IN ILLUSTRIS AD VARNUM ACADEMIA,  
PROFESSORI PUBLICO ET ORDINARIO CELEBERRIMO,  
CONSISTORII DUCALIS ASSESSORI,

NEC NON

DISTRICTUS MEKLENBURGENSIS SUPERINTENDENTI  
GRAVISSIMO, DOMINO, PATRONO AC PRÆCEPTORI ANTE  
MENSEM HOSPITI SUBMISSE VENERANDO,  
TENUI HAC CAMOENA  
ABSENS EXHIBET

JOH. PHIL. STAHLIUS,  
HILDESIENSIS,  
S.S. Cultor.

ad d. X. CAL. MAJi. anni P. R. S. C. M. D. C. C.



SVERINI,

Imprimebat HARTWIG LÜBKE, Typogr.







**U**nde licet, non unde juvat, (nam gignere mallem  
Varniacas inter vos, loca docta, rosas,) *Ite, leves Elegi, lætantis ad ampla Roseti  
Mœnia, vos celeres nulla teneto mora.*

*Ite, novæque citi pompæ spectacula videre,*

*Quæ mox venturâ luce dabuntur ibi.*

**MÜLLERUS**, quô non alius laudatior ortu,

*Nec virtute suâ grandior alter erit;*

*Quæ nuper gessit magno cum pondere famæ*

*Sceptra, relinquet ei, quem nova vota petunt.*

*Si nomen cupitis cognoscere? nomen magnum est,*

*Et totâ quo non notius urbe viget.*

**Est GRÜNENBERGI**, cui blandula tecta foro sunt,

*Voce quod ex lupuli nomina amara gerit.*

*Ite nec à dictis lupuli procul este plateis,*

*Moxque hominum turbam conspicietis iis.*

**Est domus**, (à doctis *collegia* dicitur *Alba*.)

*Judicii illa locum, conciliivæ tenet.*

**Huc glomerabuntur proceres**, Academicus ordo,

*Quilibet & serum deproperabit iter.*

**Primus HABICHHORSTUS**, (si talis habebitur ordo,

*Quem nova scripta docent,) Clarus in urbe senex;*

**FECHTIUS** ast alter veniet, pede tardus & æger,

*Nobile quem nomen vexit ad usque polum.*

**Tertius inde comâ sequitur QVISTORPIUS** albens,

*Candida quem quondam lux tibi, Varne, dedit.*

**Excipis hunc curæ relicto pondere**, Pallas

*Cujus in egregio pectore tota sedet;*

**Quem Virtusque facit sua culmina**, GRÜNENBERGI

*Cuique hodie spargunt læta Roseta rosas.*

**His tu SIBRANDI**, venerande senecio; doctis

*Gloria prima viris, mox properanter ades.*

**Tuque Beatorum numero**, cœlisque recepte

*WILLEBRANDE*, tuis hic sociandus eras,

**State Elegi**, & **KLEINI**, præstantis ad ora videte,

*Ora, quibus Magnus Justinianus inest.*

**Eminus accedet curvis anfractibus orsus**

*STEINIUS*, Aonidum Jaspis & Eunomiz.

**Quem conspicatus mox celsa Palatia linquet**

*SCHÖPFERUS*, quem tu, docta Minerva, colis.

**Qui poterunt domibus BARNSTORFICA NOMINA claudi,**

*Si videant, campus quam sit eunte frequens?*

Quorum




Quorum quàm celer est Rostochicus arte Machaon  
 Gressibus haud alias qui solet ire citis.  
 En! consorti tori tenerâ Podalirius ille,  
 SCHAPERUS, longum non retinendus adest!  
 Tuque DETHARDINGI, medicorum cara voluptas,  
 In medica turba posterus esse cupis.  
 Nunc MÜLLERUS adest, morum doctissimus autor,  
 Musarumque decus atque Themistos amor.  
 TIELKIUS hunc sequitur, titulo prope triplice Doctor,  
 Nectare cui sermo dulcior ore fluit.  
 Non procul est Logicæ gressu properante Professor,  
 HILTEBRANDUS, ab hac inclytus arte Sophus.  
 Et qui Grajugenûm linguam, BURGMANNE, iuventæ  
 Ingeris, & laude hac non sine jure nites.  
 Quique Mathematicos præstantes inter habetur  
 BÆKKERUS, sociis nullus abesse potest.  
 Calcabit subito vestigia GRAMMUS hujus,  
 Vir Grajæ reboans dignus habere Sophæ.  
 Tu postremuseris non laude, sed ordine tantum  
 OKRAKEVIZIadum pars generosa virum.  
 State elegi, atque horæ decimam vix fallite partem,  
 Et spectare virum pergite grande decus.  
 Qui sociis nudi petière palatia sparsim  
 concilii, & numero haud introiere pari:  
 Nunc pariter juncti junctim, velut ordine facto,  
 Pieriæ adscendent in nova templa domus.  
 Est nitor argenti, quem conspicietis, & auræ  
 Ingentis precii, Regia Sceptra duo.  
 Præferet hæc geminus communi sorte Minister  
 MÜLLERO, hanc hyemem qui fuit urbe Regens.  
 Nescio, an & vasto cum codice capsâ geratur  
 Pendula, is egregii nomina civis habet.  
 Illâ concilii decreta silenda teguntur,  
 Inque professorum dant nova vota domos.  
 Hæc si videritis, Doctorque intraverit omnis  
 Cum grege Apollinei docta Lycæa loci:  
 Vos pede festino circum sacra flectite cursum  
 Tecta, foremque, aliam sic premitote gradu.  
 Est locus à dextris, socio cum duplici miles  
 Oppugnator eâ sede sedere solet.  
 Hunc, Elegi, propter vos stabitis, atque quod antè  
 Incepistis opus, porro videte geri.  
 Ah quoties doctam hîc vidi, stupuique cathedram!  
 Nil fuit in toto gratius orbe mihi.  
 Mox procerum præsul conscendet pulpita magna,  
 Oreque mellifluo verba diserta dabit.  
 Quæ si deserint, Orator lumina flectet,  
 Rectorique novo talia dicta feret:


Huc




Huc age, successor, propera, poplitemque sinistrum  
 (Sic fas est,) dextrò cum pede pone meò.  
 Sceptraque sic tradet, capsam, vastamque librorum  
 Congeriem, & quid quid spectat ad imperium.  
 Omnia non refero scenæ spectacula doctæ,  
 Nam tenue ingenium non valet illa dare.  
 Postremùm verbo rem complectetur in uno,  
 Magnificique Viri voce vocabit eum.  
 Ultimus hic sermo est, quem dat pro tempore Rectori  
 Solque resurgenti, qui cadit, aptat iter.  
 Arrigit auditor patulas cum mentibus aures,  
 Et cupidus spectat, que bona verba fluent.  
 Rector at ora novus fandi doctissima solvet,  
 Et quæ non capio, quæ cupio, ille dabit.  
 Vix orsurus erit, cum carmina docta Minerva  
 Distribuenda dabit per loca cuncta domus.  
 (Vos moneo claudos Elegos, fugiatis ab istis,  
 Ne Vates absens stridula metra luat.)  
 His fugiet tempus, properat quod fluminis instar,  
 Et finem capiet docta loqvela suum.  
 Ultima pars scenæ super est; gravis ordo Virorum  
 Palladis è castris templa sacrata petet.  
 Hic ubi sunt dictæ Jovæ pro munere grates,  
 Et pro tam sancto, quem dedit ille, viro:  
 Quilibet ex turbâ sua propria tecta requirer,  
 Ut corpus curet, se recreetque cibus.  
 Quod si videritis, vos post carecta latete,  
 Magnificoque viro sic pia verba date:  
 O decus eximium Musis, ô Gloria Varni,  
 Quem modo cum sceptris purpura rubra tegit.  
 Stahlius (is, qui tebis præceptore superbit,  
 Pignora nos genuit, pignora clauda, parens.  
 Et quamvis procul est, tua tempora festa celebrat,  
 Ter quater imperii lætus honore Tui.  
 Sicque domi clamat: FELICITER ACCIPE FASCES!  
 SIC GERÈ! SICQUE OLIM REDDE, PATRONE, VIRIS!  
 Et quia sic votum multò perfectius exit,  
 UT DECIES REPETAS SCEPTRA BEATA, vovet.














33  
LBMV Schwerin  
000.188 018










Quorum quam celer est Rostochicus arte Machaon  
 Gressibus haud alias qui solet ire citis.  
 En! consocte tori tenera Podalirius ille,  
 SCHAPERUS, longum non retinendus adest!  
 Tuque DETHARDINGI, medicorum cara voluptas,  
 In medica turba posterus esse cupis.  
 Nunc MÜLLERUS adest, morum doctissimus autor,  
 Musarumque decus atque Themistos amor.  
 HILKINS hunc sequitur, titulo prope triplice Doctor,  
 Nectare cui sermo dulcior ore fluit.  
 Non procul est Logicæ gressu properante Professor,  
 HILTEBRANDUS, ab hac inclytus arte Sophus.  
 Et qui Grajugenûm linguam, BURGMANNE, iuventæ  
 Ingeris, & laude hac non sine Jure nites.  
 Quique Mathematicos præstantes inter habetur



US, sociis nullus abesse potest.  
 itò vestigia GRAMMUS hujus,  
 jæ reboans dignus habere SOPHIS.  
 aseris non laude, sed ordine tantum  
 IZIADUM pars generosa virum.  
 que horæ decimam vix fallere partem,  
 rare virum pergite grande decus.  
 audi petiere palatia sparsim  
 & numero haud introiere pari:  
 r juncti junctim, velut ordine facto,  
 adscendent in nova templa domus.  
 genti, quem conspicietis, & aurâ  
 s præcii, Regia Sceptra duo,  
 e geminus communi sorte Minister  
 O, hanc hyemem qui fuit urbe Regens.  
 vasto cum codice capsâ geratur  
 is egregii nomina civis habet.  
 secreta filenda teguntur,  
 professorum dant nova vota domos.  
 tis, Doctorque intraverit omnis  
 rege Apollinei docta Lycæa loci:  
 tino circum sacra flectite cursum,  
 foremque, aliam sic premitote gradu.  
 extris, socio cum duplici miles  
 or eâ sede sedere solet.  
 propter vos stabitis, atque quod antè  
 is opus, porro videte geri.  
 octam hîc vidi, stupuique cathedram!  
 in toto gratius orbe mihi.  
 am præsul conscendet pulpita magna,  
 mellifluo verba diserta dabit.  
 int, Orator lumina flectet,  
 que novo talia dicta feret:

Huc